



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Historiarvm Indicarvm Liber Sextvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

# HISTORIARVM INDICARVM

## LIBER SEXTVS.



IN ARVM regio, quam hodie Cinnam vulgus appellat, vltima terrarum Asiæ, ab Oriente, & à Meridie, alluitur Oceano, quæ Sericum, vel Eoû prisci dixerunt: ab Occidete Indiam vltiorem attingit: à Septentrione, cingitur Massagetarum, Scytharumque limitibus. Multo latius quodam imperasse gentem, annales ipsorum, ac litteræ, & veterum ædificiorum illustria monumenta, & complures, in India præsertim, ab ijs denominatæ nationes, haud obscure testantur. Sed cum sua ipsi mole viribusque fatigarentur (quod à Carthaginensibus in re simili factum legimus) spontè misso veluti sanguine, & castigata luxuria, intra hosce fines recepere sese; grani proposito edicto, ne quis iniussu magistratuum excederet. Regna, seu prouincias vastæ magnitudinis, numerant quindecim cum sua cuiusque metropoli: ad mare sex, mediterraneæ reliquæ. Tellus, quod maxima ex parte intra temperatæ plagæ terminos continetur; radiosque Solis, suapte natura vitales puro ac patienti excipit sinu; sic fit, vt saluberrimo cælo, & purioris auræ dulcedine perfruatur; ac simul inclytæ fertilitatis gleba, frugû omnis generis fundat copiam bifero triferoque prouentu. Accedit ad eximia soli fecunditatem, summa cultorum industria. Et infinita est multitudo, quippe subolescente



in dies prole, & in alienas regiones migrationibus interdictis. Neque in tanta mortalium turba cessare cupiam licet. non priuato dedecore tantum, & proximi cuiusque probris ac iurgijs; verum etiam publicis moribus legibusque delictis plectitur. Itaque rustici homines nullam agrorum incuria squalere patiuntur. Saltus & collina pinu vitibusque; campi & planities; oryza, hordeum frumento, ceterisque segetibus nitent. quamquam vitibus more nostro non exprimunt merum, sed vitas quodam condimenti genere in hyemem aduare mos est. ceterum ex herba quadam expressus liquor admodum salutaris, nomine Chia, colligitur hauritur, vt apud Iaponios: cuius maximum neficio, pituitam, grauedinem, lippitudinem auerunt; vitamque bene longam, sine vilo ferme languore traducunt. oleis alicubi carer: sed earum genere non desunt plantae, quae humorum vicijs praesentibus. Pascua sunt etiam gregibus alendis vberissima in hortis egregie cultis cum alia nostri orbis praesentibus, tum saporulissimos melopepones, suauissimos melones, optima pruna ficusque, & medica citreaque; varietate maxima ac saporis, apprimè generosa mala conspiciunt. Ad haec, perspicui fontes, & miro colorum decore odorumque fragrantia flores ac rosae perennantes flumina verò, quae magnas quoque patiantur naves pisciferae & amena, viridissimo riparum vestitu praesentibus aruis intersuunt. Quin, & ora maritima praesentibus introrsum aestuarijs ad omnium rerum praesentiam inuehendam euahendamque, facili pateat accessu. Ingentem praeterea volucrum & ferarum varietatem ad aucupium ac venatum, paludes, luci, saleusque suppeditant. Metalla auri, & argenti, & ferri praesentibus, & alia, incolae effodiunt. Margaritas, & praesentibus



cipuæ nobilitatis vasa fictilia, quæ vulgo porcella-  
 na dicuntur; pretiosas pelles ad frigus arcendum;  
 itemque gossipij, lini, lanæ, bombycisque, & serici  
 fila, vestemque omnis generis mittunt innumera-  
 bilem. Saccari, & mellis, rhabarbari, casuræ, minij,  
 glastique tingendis vestibus expetiti, prouentus  
 ingens: odoramentis cum alijs abundanti; tum præ-  
 cipuè molco (cuius nullam apud Latinos Græcos-  
 ue scriptores mentionem inuenio) è feris qui-  
 busdam, vulpecularum effigie, crebro verbere e-  
 nectis, dein putrefactis. Denique, nihil aliunde, non  
 ad victum modò cultumque; sed ne ad delicias  
 quidem ac voluptates requirunt. ac proinde nulla  
 sub Sole gens est, apud quam aliarum gentium o-  
 pes æquè consistant. quippe vendentibus cuncta Si-  
 nis, nihil inuicem redimentibus, nisi fortè in vsum  
 tectorij cuiusdam odorati, piper ex India. Neque  
 erat externo commercio locus; ni Sinam infinita  
 quædam teneret argenti cupiditas. id præferunt  
 auro; & cum indidem effossum, tum è remotis re-  
 gionibus illatum, auidissimè accumulant. Iam de  
 ædificijs, priuatissq; ac publicis operibus explica-  
 re, infinitum sit. Vrbes præcipuæ magnitudinis ce-  
 lebrant fermè ducentas: inferioris autem ordinis,  
 longè plurimas. porrò castella & pagi, quorum  
 nonnulli tribus familiarum millibus incoluntur;  
 viciq; passim ita multi sese offerunt, vt summa ini-  
 ri vix possit. sunt autem egregio situ plerique: sca-  
 tent aquis, procera circumdati sylua; ex qua turri-  
 tæ prædiuitum aratorum eminent domus. Porrò,  
 dispersæ in æstiuos maximè secessus nobilium vil-  
 læ, opere in primis eleganti; vel ad opacas am-  
 nium ripas garrulos auium concentus, & fugien-  
 tis aquæ lene murmur excipiunt; vel è montium

Q s iugie



ingis verticibusque, subiectos vallium anfractus  
 & vasta maris ac terrarum spatia, longe lateque  
 spectant. Sed ipsarum præcipue urbium pulchritudo  
 mira. Navigabilibus impositæ fluuijs, ac  
 dum profunda & lata fossa, mœnibusque cinguntur  
 quadrati ab imo lapidis, lateritiæ ad summum  
 structura, lateres autem, ex eodem argilla genere  
 quo porcellana vasa, confecti, & calce optima  
 terliti, in eam duritiem ac firmitatem breui  
 tempore coalescunt, vt ferramentis postmodum  
 factari vix possint. crassitudo mœnium, quantum  
 & alicubi sex capit homines: additis ad prospectum  
 pergulis, ac mœnianis, & occultis ambulatio-  
 nibus, qua præfecti oblectationis causa per  
 pomerium, intra extraque, libero ad circuitum  
 ratio, senis in ordinem equitibus patet. Ad  
 quos autem ictus, modico intervallo, turres  
 propugnacula prominent, artificiosis constructis  
 stigijs; & podijs elegantibus adornata. Ex ijs  
 mœnibus cum quædam ante bis mille annos  
 constructa; nullam tamen in eis rimam, aut  
 aut labem aspicias. aded seuerè, acriterque  
 recta ab regijs curatoribus exiguntur. Urbis  
 totius, ea ferme dimensio est. Latissimæ viæ  
 interfecantes, perpetuo tractu, qui lustrari  
 possit, præcipuas quattuor portas aperit  
 præferratas, ornatu magnifico, adituque  
 ctum præclaro. Ab hisce rectis vijs, alia de  
 que transuersa, priuata & publica ædificia,  
 que distinguunt. Et ab utroque latere viarum,  
 runt porticus, quæ comitantem plebem,  
 brum atque institorum apothecas ac tabernas,  
 pestatum iniuria vindicent. iam verò, è lapide  
 sores vt plurimū, & quidem summo artificio



fecti cum inscriptionibus fornices passim vifuntur. quæ monumenta, magistratu abeuntes, regij præfecti relinquunt, magistratibus autem ipsis, celeberrimo loco stant ampla & operosa prætoria, cultissimis hortis, capacibus piscinis, fontibusque pellucidis, & varijs aquarum deriuationibus ad omnem animi remissionem instructa. Nec desunt auaritia, & ferarum septa, & operis topiarij tonsiles syluæ, luciq; densissimi, & distincta florib; præta: vt singulæ præfectorum domus oppidi prope modum instar obtineant. Priuatorum ædes, circa maritimam oram humiles, mediterraneis verò locis, multiplici contignatione tolluntur, vel pictura decoratæ, vel opere albario candoris eximij. A primo ingressu panditur atrium, armarijs circumquaq; dispositis: in quibus inanum Deorum statuæ collocantur. accedunt lacus pleni piscium, ac pensiles horti, materia in ædificationes vtitur mirè læuigata, & certo lenocinijs genere in auri colorem ac splendorem adducta. Pari læuore tegulum est, calce spissatum atq; commissum ad pluuias arcedas: durantq; seculis tecta talia, extremis imbricibus è marmorato pereleganter elaboratis. ad singulas verò ianuas, viridi opacitate arbores ad lineam directæ consurgunt: quarum gratissimo aspectu, quasi pabulo quodam, oculorum acies quilibet fatigata reficitur. Porrò vrbes, præterquam quod magnis, vt dixi, fluminibus plerq; alluuntur; sunt etiam quæ, ad subuectionis euectionisq; commoditatem, canales nauium capaces introrsum admittant, quales multis locis apud Belgas, & alicubi etiã in Italia cernimus; marginatis vtrinque semitis ad terrestre iter adstructis, lapidei quoque pontes egregiè facti, non ad oppida solù, sed etiam

in 2-



in agris plurimi, quæ flumina propter altitudinem  
 pilas arcusq; reijciunt; ea, confertis & conturbatis  
 navibus pro ponte iunguntur, sin ex imbecillitate  
 hementius intumuerint; solutis interim orbibus,  
 viatorè, gratuita cymbæ, Regis impensata mittunt.  
 Iâ, voraginibus, & hiatibus terræ, & montibus  
 nantibus aquis, quæque alia ad iter impediunt  
 sunt, publicè occurritur, quin etiam, asperis  
 locis ad montium latera excisis cautibus, videri  
 tescunt, ea molitione sumptuque, vt Romanis  
 eo genere magnificentiam non requiras. Tempore  
 etiam cum turribus, culminibusque spectantibus  
 cer alioqui Deos contemnant Sinæ) pulcherrima  
 & maxima, Trans pomœrium dein, præfertur  
 mare, suburbia, eodem ornatu, & laxitate vitæ  
 aduenas ferme ac negotiatores frequentissimos  
 uersorij, & cauponis accipiunt; in quibus, præter  
 delicatas de gentis more potiones, omnium  
 generum cocti, crudi que prostant cibi, & ex  
 sita cupedia, Sunt autem Sinarum populi (quæ  
 admodum eiusdem plagæ alij) prout ad Septentrionem,  
 onem, vel ad Meridiem vergunt; magis autem  
 zneo colore, vel candido: simis naribus, ex  
 admodum ocellis, rara barba, longis crinibus,  
 accuratè comptos, & in verticem coactos illam  
 ant, & oblongum ex argento clauum in laqueum  
 inferunt, neq; tamè vna est omnibus capillorum  
 ratio, quippe, cælibes, comam à fronte dissecant;  
 mariti, confundunt; atq; hæc præcipue  
 ordinem vtrumque distinguit. Primarij, ac  
 tes, qui que militiam exercent; versicolore  
 plebeij ac pauperes, lino, seu gossipio teguntur  
 pora, nam apud Sinas lana, cum maxime superflua  
 minimè textitur. Sagis ad veterem Hispaniam



fuerudinem vtuntur, media sui parte crispis ac rugosis; cæterum fusa & explicata lacinia, & laxis manicis: ipsum verò sagum, ab læua parte consibulant. Accedit talaris tunica, quam qui è regia sunt stirpe, vel superiore aliquo magistratu funguntur, circa baltheum maximè; cæteri limbo tenuis acupingunt. Caput operiunt præcelso ac rotundo pileo, è tenuissimis virgulis atro filo prætextis. Caligas induunt affabrè factas, & elegantes cothurnos, aut calceos hombycino obstragulo perpolitos. Vestimenta per hyemem pretiosis murium Scythi corum pellibus, quas vulgo martas, vel sabellinas vocamus, calore admodum suavi, & ventis impenetrabili densitate suffulciunt; iisdemque separatim pellibus circumfouent colla. Molestias flatuum, munitis egregiè fenestris, ac specularibus prohibent. Per æstatem verò, ad reliqua remedia caloribus leniendis, illud etiam accedit. Subterraneos idoneo loco effodiunt specus: inde conceptam auram, intensiorem aut remissiorem, prout libuerit, per omnes ædium partes admirabili machinatione dispensant. Mulieres, circa curam capitis multæ sunt, crines diu pexos concinnatosque in summo circumligant vitta gemmis auroque distincta. reliqui corporis ornatus, minimè lasciuus. Præcipuam decoris ac formæ laudem, in pedum breuitate & exilitate constituunt: atque ob id ipsum, tenellos ab infantia fascijs perquam arte constringunt. Magnus apud nobiles matronas honos pudicitia: raro visuntur: nec in publicum prodeunt, nisi gestatoria sella, prætextis ex omni parte velis, & occultæ speculationis causa, reticulatis ex ebore fenestellis ad latera appositis, succollant terui, magna vndique stipante



pante familia. Deprehensum adulterium xxi  
 ri ac foemina, capite luitur. Ad nuptias, dotem  
 viro foemina, sed vir foeminae defert. Singularem  
 res in matris familias numerantur loco: pellis  
 procul à conspectu varijs locis aluntur. Prae-  
 tis ac meretricibus (ea fere mancipia sunt) pro-  
 um ac separatim in suburbijs domicilium e-  
 nam lunarijs periodis duodecim ita con-  
 vt tertio quoq; anno ad duodecim vnam ad-  
 Principium, à Martij mensis nouilunio au-  
 tur. Eum diem publica hilaritate, natalem qu-  
 suum priuata gratulatione concelebrant. m-  
 sibi & sportulas inuicem mittunt, apparatus  
 dein epulis, noctu praesertim, exquisitissimi  
 ponuntur ludi. Comoedias, ac tragoedias ex-  
 tumptuosas, vel fabulis in praesens à poeta  
 etis, vel actionibus è vetere hiltoria repe-  
 petoristae, aetalogi, praestigiatores, mimi  
 desunt. parietes fornicelque viridi fronde,  
 cantibus rosis, & pretioso peristromate  
 untur. fragrant odoramentis ac floribus v-  
 sis funalibus ac laternis, arbores, pergulae, fer-  
 collucent: neruorum pullustibiarum vocum  
 centu omnia perfonant. Conuiuiorum autem  
 tio est talis. Inuitatur multi, propria singulor-  
 fa, aut summum binis, apponitur ex ligno  
 star ebeni splendidissimo, varijs syluestrium  
 xime rerum figuris, ac certis linearum dec-  
 (quo in genere Sinæ admodum excellunt) cap-  
 latim ex argento, vel auro discurrentibus. Ea  
 ra nitoreq; pro mappa est. serica frontalia de-  
 humum vique dependent. Conuiua fucatis  
 dent cathedris, praemolli, vt apud nos, culcitras  
 gratiorem quiete obductis. Inde elegantissim



num canistri fertis redimiti, onusti baccis pomis-  
ue, toto margine disponuntur. Intra id veluti sep-  
tum, admirabili structura cætera exsurgunt dapes,  
cumq; sagina omnis generis, ferina æquæ ac dome-  
stica, & piscibus, ostreisq; & cunctis fermè illece-  
bris, & condimētis abundant; suilla tamen præci-  
pue caro summorū pariter & infimorum expetitur  
mensis: neq; ex alio vllō animali copiosior ganea.  
Cibos digitis atrectare (vt sunt vulgo munditia-  
rū diligentissimi) rusticitatis putant, bracteatis pa-  
xillis, vel argēteis aureisue fascinulis, cōcisa minu-  
tim frustra in os inferunt. Exiguus poculis crebro  
haustu sedant sitim: & magno cū honore verborum  
mutuō sibi propināt. Miro interim silentio atq; or-  
dine lances ab attriensibus inferunt: & in singula  
fercula mensæ instrumentum omne mutatur. Hæc  
separatim viri, ac matronæ item seorsum (quæ ma-  
ritorum zelotypia est) eodem apparatu in penetra-  
libus conuiuantur. Salutandi ritus, inter plebe-  
ios, eiusmodi: læuam in pugnum compressam  
obregunt dextra. ambas dein pectori sepius admo-  
uent, & simul, accommodato ad gestum sermone  
demonstrant, amicum sibi conditum hæere in  
medullis. At primores, brachijs arcuatim exten-  
sis, ac digitis vtriusque manus implexis, identi-  
dem sese ad terram vsque summittunt: certantque  
verborum officijs inter se, vter posterior, alterius  
honoris causa quiescat. Opificum ac sellulario-  
rum, ingens vbique numerus; & certus ordini cui-  
que vicus est. sculpendi ac pingendi artem, itemq;  
plasticen, toreuticen, encausticen, nec non fabri-  
cas, ærariam, ferrariam, cæterasque metallicas, ac  
materiarias egregiè callent. neque ad conflandos  
ignes (quod vel in primis mirere) cuiusquam  
egens



egent opera. quippe, certa ratione ita librata  
 bulis quibusdam, atq; ad caminum aptatis, ut  
 ceptam è cauernis auram perpetuò reddant  
 chanica quælibet, vel ibidem excogitata, vel  
 lijs terris inuecta, celerrimè arripiunt. Aene  
 menta conflare; litteras imaginesq; subiectis  
 lo typis excudere (quibus commentis Euro  
 centibus adèdò gloriatur) vetustissimo in vni  
 Sinas esse, compertum est. Accedit ad artium  
 tormentorum, quòd ex ijs quædam soluta  
 unt; perque partes imposta baiulis, aut ium  
 quocunq; opus est, sine vexatione circum  
 Ad scribendum autem, arctas & oblongas  
 bent è leui admodum ac tenui papyro p  
 neque versus ab læua ad dextram, vt Graeci  
 que ab dextra ad læuam, vt Hebraei; sed ad  
 ab summo perducunt. cuius generis imp  
 volumen, atque inde transmissum, Romæ  
 cano, itemque in Laurentiana Philippi Re  
 bibliotheca videre me memini. Litteris vtunt  
 lut Aegyptijs, quas hieroglyphicas Graeci  
 Eæ singula singulis nominibus seruiunt, at  
 iam integris interdum sensibus. Ita fit, vt  
 Sinæ, varia lingua, quippe tam multis regi  
 tamque disunctis, vtantur; tamen, quæ  
 consignata sunt, peræque omnes intelligat  
 suum cuiusque nationis atque prouinciae  
 insuper & communis eruditorum est serm  
 tinæ apud nos linguæ respondet, vulgo Man  
 num appellant. hoc aulici, scribæ, iurisco  
 iudices, magistratus vtuntur: huic impend  
 dant operam. Qui per plateas erret otiosus,  
 pra docuimus, vel manum supplex ad super  
 rigat, ferme est nemo. Mancii, vel aliqua part



poris debiles, vel morbo impliciti grauiore, quam  
vt sibi parare victum vlllo modo possint; cognatis  
affinibusue alendi attribuuntur a magistratu. si  
propinqui desint; vel propter inopiam alendo  
non sint; causa probè cognita, ne quid subsit frau-  
dis, in regia valetudinaria deportantur. Lumini-  
bus capti, si premat egestas, pistrino ac mola;  
manci, aut quoquo modo mutili, dum supperunt  
vires, alijs alij ministerijs affiguntur. Denique  
nullus inertia, vel ignauia locus est. Itinerum spa-  
tia hoc pacto distinguunt. Minimam omnium men-  
suram patrio nomine vocant Li. hæc, interualli  
continet quantum æqua planitie, die puro ac se-  
reno, vox humana percurrit. Li decem, vnum ex-  
plet Pū, quod Hispaniensi fermè leucæ respon-  
det; siquidem Pū dena, diei vnus iter efficiunt,  
quod vulgo ychan appellant. Peregrinationibus  
autem, non iumenta modò, sed etiam varij gene-  
ris cissa, lectica, pileta deseruiunt: accedunt rhe-  
dæ ac vehicula partim equis iuncta, partim etiam,  
vbi camporum æquora patiuntur, velis euntia.  
Nec verò minus peritè, ac scienter aurigæ quàm  
nautæ, & gubernacula moderantur, & varia ve-  
lorum inflexione, prolato vel reducto, prout opus  
est, pede, ventos excipiunt. Pretia rerum (vt quon-  
dam in Latio) non moneta nummisue; sed, ne lo-  
cus adulterio pateat, concisi maximè argenti pon-  
dere metiuntur: atque in id ipsum, forfices, & ha-  
bilem trutinam ligneolæ inclusam thecæ, in sinu  
circumferunt, ad maiora verò pondera, cum lanci-  
bus libram, publicè probatam obsignatamq; habet  
domi. teruntios duntaxat ex ære publica forma  
percutiunt, gestantq; pertufos in linea, supplendis  
argenti pretijs. vel etiam ad quisquilias coemen-  
das. Ni-

R

das. Ni-



das. Nihil quod vili vsui possit esse, perire  
 curiam sinunt. excrementa sordescunt; ad sterco-  
 dum agrum; vilissima scruta, in chartarum  
 nas; ipsa denique canum ossa, in calaturam  
 tilia conferunt. Fœneratores, utpote reip-  
 xij, cum alijs pœnis, tum pecunia multam  
 fœnore deprehensa. debilibus tantum  
 ex infima plebe, ad sustentandam inopiam  
 vsuræ nomine exegisse impune est. Suarum  
 mercium institor, descriptum indicem; p-  
 pole etiam singulorum simplicium que  
 specimen ipsum coguntur pro tabernæ for-  
 bere propositum. Ea sæpe ab ædilibus in-  
 tur: neque componendi, miscendiue, nisi pre-  
 ceptis vrgeat; neque composita diutius ad-  
 cuiquam omnino ius est. Vocales & gestit-  
 as aues enutriunt impensa cura, venduntur  
 ter naturales colores, vario etiam vestitu  
 que distinctas. Iam, naualium copia, ac  
 maritimæ apparatus, pæne incredibilis: ad  
 gè, materiam & omne instrumentum, cedunt  
 & ferri optimi venæ, & lini gossipij que  
 tissimæ texturæ suppeditant. Maximas  
 to duntaxat mobiles (quarum supra mem-  
 vulgò iuncos appellant. ex ijs partim ad-  
 parantur, eminentibus ad proram puppim  
 stellis: partim depressiores, ad mercaturam  
 ra. Sunt quas Lanteas, quas Bancones vocant  
 sex remis ingentibus; hæc tribus tantum, quæ  
 vel feno in icalmum remige ad vtrunque  
 structæ. Longis etiam, triremium instar, v-  
 sed sine rostro; & ad amnes, ac vada sulca-  
 no aluco fabricatis. Aliæ conspiciuntur, ma-  
 peragrandis animi causa littoribus, auro



ro celata puppi, cubiculis, reticulatis fenestris, porticibus, pensilibus hortis pæne in maris contumeliâ exornatæ. Ad summâ, variæ magnitudinis ac formæ nauium tantâ copia est; vt præfecti orę maritimæ, si quid vrgeat subitæ rei, militares iuncos à quingentis ad mille contrahere momento dicantur. Neque vlllo tempore anni desunt classes, ad tuenda & purganda piratis maria pluribus locis paratæ. Hæ, magno totius regni bono, mercatoribus, & nauicularijs omnium nationum præstare conantur non modò tuta, sed etiam secura commercia. Carinas oblinunt certo bituminis genere mire fidei cum ad explendas rimas, tum ad teredinem & noxiâ lignis animalia prohibenda. Purgandæ verò nauis, pluribus consertam vasculis antliam, ad latera introrsum applicant eo artificio; vt vnus quilibet sedens, alterno pedû ac perleui motu, paucis horis quantamlibet sentinam exhauriat. Nauigiorum fluuialiû incredibilis copia. quippe, in ijs magna pars hominum cum coniugibus, & liberis degunt: è quibus alij vesturam exercent; alij procauponibus & institoribus, in perpetua statione sunt: nec solùm in cibos, verùm etiam in cultum, ac vestitum, ipsasq; delicias habent cuncta venalia; vt in ipso itinere ac fluuijs, urbana commoda & copiam non requiras. Sunt qui intra eas naues, altitium, atque anatum præsertim, ingentes alant turmas: & facillima est soboles; propterea quod ex ouis, non matris incubitu, sed leni tepore ex ignibus temperatis adhibito, quotquot visum est pullos excludunt. Noctu, animantes eas intra septa nauium cohibent; manè vt diluxit; in campos oryza feraces emittunt. ibi, non paruo agricolarum compendio, noxias frugibus herbas, mira quadam

R 2

audi-



auiditate depaste, sub noctem ad cymbali, fer  
 pani pulsum, in suas quæq; cohortes ac recep  
 la redeunt. Minutæ verò cymbæ, non fluu  
 modo, sed ne marinum quidem saporis egreg  
 cem interioribus incolis deesse patiuntur. V  
 tempore anni, tumescentibus imbre ac nibe  
 nibus, cum ad ipsas maximè fauces fœtificatio  
 fa æquorei greges ex alto succedunt; confect  
 vicinis regionibus haud ignara prouentus  
 hominum multitudo cum retibus & vericill  
 uolat. ingens captura nullo negotio fit. m  
 nici nauæ à maritimis quàm optimos pise  
 coemptos pretio, & vimineis conditos cor  
 peruncta charta ad continendum liquorem  
 ctis; mutata subinde aqua, & pabulo iniecto  
 uis intima in loca incolumes vehunt. ibi ex  
 stijs in ampla transfusi viuaria, & latas  
 fossas, ad lautiora conuiuia popinalq; tot  
 sufficiunt. Capiendi autem, cum alia sunt  
 illa vel in primis iucunda. Prægrandes, ac  
 sticos habent coruos, eiusmodi prædæ assue  
 rum colla nodo ita laxo constringunt; vt  
 quam interclusa respiratione, cibos tamen  
 mittere, ac deglutire non valeant. ita è can  
 milsi; admirabili solertia se se in aquas im  
 pisciculos minutos ore conceptos, maiores  
 rostro apprehensos, domum, vnde abiere,  
 dem referunt; quoad solutis omnino faucibus  
 fatietatem ipsi quoque pascantur. Ea mag  
 um oblectamenta præcipua. Rei litterariæ  
 pars hominum vacat. Medicas artes, & p  
 & astronomica attingunt pauci: iura leges  
 bent ante annos bis mille scripta, neque  
 (vt ferunt) exinde mutata, his verò, quod ferunt



honestos ac magistratus aditum patefaciant, plerique certatim infudant: deq; politicis rebus, regnorumque administratione & quærunt ipsi inter se, & vbi licet, è peregrinis auidè sciscitantur. Gymnasia cū egregijs doctoribus fermè oppidatim amplè, & copiosè sustentat Rex, in ea gymnasia è ludo litterario primisq; rudimentis pueri & adolescentes leguntur. studiorum præfecti, quos cessatores, vel tardos animaduertent; obiurgant primum: dein plagis afficiunt: ad extremum ignominia notatos expellunt, ceteros, pro cuiusque profectu ac diligentia, tollunt laudibus. Ad hæc, regij censors tertio quoque anno gymnasia publicè recognoscunt. ab ijs, ingenij & doctrinæ hoc fere modo specimen sumitur, celeberrimis in regni cuiusque gymnasijs, ad eam ipsam rem, mensis & subsellijs instructa visuntur ampla & spatiosa cœclauia. In ea ex alijs prouincijs (ne quid gratiæ detur) euocati adolescentes, prætentato sinu ne quem secum inferant librum; manè cum pugillaribus includuntur, ibi à censoribus theses de repub. & regno, itemque de priuatorum controuersijs, ponuntur ex tempore. in eam sententiam, clausis ostijs, adhibitisque custodibus, pro sua quisque copia & facultate scribunt eò intentiore studio, quod in eiusmodi certamine non dignitas modò, sed etiam res vniuscuiusque disceptat, sub noctem, apertis foribus, pensa exiguntur, adscriptis auctorum nomine, origine, & patria. deinde missa iuuentute; censors per otium ea scripta perpendunt: & ex vniuerso numero tria primùm millia; rursus ex hisce, trecenta; postremò ex trecentis, nonaginta quàm optima seligunt, atque is demùm habetur sapientiæ flos; neque vltra subcernitur. quippe, to-



tidem iuris peritos, ad supplementum, in  
 regna describi solenne est. Post hæc, edicite  
 quo die victorum nomina voce præconis  
 tianda sunt. Fit denud ex omni parte cõcur  
 palmam tulere, ij cum exquisito verborum  
 re magistri appellantur: atq; is dies magni  
 uiorum ac ludorum pompa & celebritate  
 gitur. Noui magistri, phaleratis in equis,  
 omnium ordinum studio & comitatu, per  
 incedunt. dein missos in regiam, referri  
 in Loytias; quo maxime titulo nobilitas  
 censetur: & annuum singulis honorarium  
 personam tuendam attribuit, ac tum deni  
 ter se amplexantur, eiusque collegij nec  
 nem persandam existimant. Porro, ex  
 corpore iudices, & consiliarios, & mag  
 creari mos est. neque per ambitionem,  
 ruptelas, nullo sui dato in imis documento  
 tim ad summa transfiliunt: sed in inferiori  
 bari spectatiq; gradatim ad superiora con  
 Magistratum minorum ingens vbiq; nu  
 maiores in vnaquaque metropoli, cum  
 ma potestate quinque: neque ij indigenz,  
 gis inter ignotos, odio & amore vacu  
 in administrando rationem sequantur. In  
 ce, omnium consensu, primum dignitatis  
 rij locum obtinet. Tutan. is, quasi vicari  
 munere, vniuersæ prouinciæ præpositus est  
 piratis causa, proprio ac separato à reliquis  
 ctis habitat loco. ad hunc grauissima quæ  
 xima referuntur; pleraq; decidit ipse, ac de  
 rum statu subinde Regem per litteras edoce  
 ximus huic honore habetur Ponchafius, per  
 vectigalium & fisci regij est cura. is cum



scribarum & custodum copia, tuetur ærarium; rationes & codices recognoscit; annua stipendia, salarialia, mercedisque distribuit. Sequitur Anchafius, qui cum consilio delectorum virorum, non de civilibus modo controuersijs ac litibus iudicat; sed etiam rei capitalis quæstiones exercet; atque ad hoc tribunal toto eo regno in causis grauioribus prouocatio est. Porro Aitan rem bellicam administrat, conscribit exercitus, comparat classes; ac precipue in id exubat, ne peregrini in vrbes ac mediterranea sensim irrepant. Aitani subest postremus omnium Luitifius, vir, militaris item rei peritus, qui ad Aitanis arbitrium, prout opus est, varias in expeditiones cum exercitu proficiscitur. Sunt qui præfectorum alia quædam tradant nomina, & plura; sed vtiq; magna omnium species: mira maiestas, ac singulis, excepto Luitifio, à consilio sunt viri decem lectissimi, verum impari dignitate. superioris ordinis quini ab dextra sedent, quod apud Sinas honori ducitur: aureo baltheo, & (qui regius est color) croceo galero: inferioris classis ab læua totidem, cingulo argenteo, & cæruleo galero distincti. Si præsidem in prouincia mori contigerit; antiquissimus è consiliarijs in locum defuncti succedit. Ex eodem numero, ad obeundam, ac lustrandam Regis iussu prouinciam, legati mittuntur. Cæterum cuncti peræquè præsides & consiliarij, regium insigne gestant ad pectus humerosque; serpentem ex auro textili. Neque minoribus præfectis, alijque, magistro custodiarum excepto, quemquam è superioribus hisce nisi de genu alloqui, aut compellere fas est. Euntibus in prouinciam, præter vestimenta, & famulos aliquot; nihil omnino vel ad iter, vel ad hospitium, vel ad cæteros vitæ vsus parandum.



dum, in singulis oppidis regij sunt parochia  
 cuique pro dignitate cuncta benignè præbe  
 quod si priuatis amicorum hospitij vi  
 pro cibarijs numerantur pecuniæ. Inuentus  
 gistratum, obuiam primum sub signis pedum  
 hortet, & equitum turmæ; tum reliqui ordin  
 insigni pompa; & vario symphonix canen  
 dunt: ea frequentia per vicos vrbs, magnific  
 ristromate ornatos, non sine honore florum  
 rumque, nouus præfectus in prætorium vici  
 ducitur. Præsto sunt regij famuli & curatores  
 sine vlla ipsius molestia cibos, instrumenta  
 suppellectilem ex maiestate suppeditent  
 eadem ædes proprijs conclauibus ac coenacul  
 bus, alectæ, scribæ, accensi, licitores, & foren  
 nisterium omne alitur vnus Regis imperia  
 plures omnium actionum & vitæ quodidie  
 bitros ac testes habere se magistratus inter  
 Iura autem, hoc ferè pacto redduntur, a præ  
 ne ad vesperam, paucis horis ad meridiand  
 missis, præcello in tribunali cõsiderat prætor  
 latera iudices, cohors ad imperium parata  
 stat, qui ad ius petendū accedunt, intronati  
 nitoribus, procumbunt illico, & vel emine  
 quid velint, elata voce pronuntiat; vel sup  
 bellum recitadum propalam offerunt scriba  
 tor; agitata re, de cõsiliij sententia respondet  
 responsum litteris cõsignatū a scriba, ipse de  
 bricato pigmento sua manu cõfirmat. Ex apert  
 ministrantur omnia. solitudo, & secreta  
 quia, & arcani susurri veranter, quod minor  
 & fraudibus, quæ oderunt lucem, aditus sit  
 lis noxæ reos, identidem comperendinant  
 lente quæstra, & ad liquidum cognita causâ,



nant. itaq; oppidò pauci in tanta hominum multitudi-  
ne carnificis manu finiunt vitam. Cæterùm  
interea, vincti, quàm diligentissimè adseruantur  
loco amplo, instar oppidi, celsis admodum parie-  
tibus circumsepto; eodemq; rerum venalium co-  
pia, tabernis, & opificijs, ne quid extra petendum  
sit, ad omnes vitæ vsus instructo, carceri, cum ma-  
gno vigilum numero præest non leui auctorita-  
te vir. is per se, perque suos, custodiarum seriem  
quotidie recognoscit: & quàm intentissima excu-  
bat cura, ne cui, delinçtis prærio ministris, vel per-  
fosso pariete, suspensivæ alicunde funibus, aut a-  
lia quapiam ratione effugium pateat. Fori verò ip-  
sius, & prætorix turbæ seuera admodum discipli-  
na, graui malo, erratum, atque adeò murmur om-  
ne compescitur. qui deliquere; ijs, quò cõspectior  
ignominia sit, vexillum quoddam in manus da-  
tur. cum eo vexillo, ad conuentum vsque dimis-  
sum, genibus nixi persistunt: ac demum ad Præto-  
ris arbitrium verberibus acerbè mulctantur. ac  
multos passim videas (neque id propter adfuetudi-  
nem, probro est) vibicibus liuida, & medicamen-  
tis oblita facie. Porrò præfectis, cum in publicum  
prodeunt, multo cum satellitio, gregibusque cli-  
entum & amicorum, sella, vt dicebamus, magnifi-  
ca gestari mos est: & quidem defixis in vno obtutu  
oculis (quo in genere à prima ætate exercentur) ac  
toto vultu ad seueritatem tristitiamque composi-  
to. Frenati sequuntur equi; variæ vmbellæ circun-  
stant: licetorum anteit manus: quorum, hi regia ve-  
xilla; arundines illi tostas ad verbera; alij clauas  
argenteas ferunt; alij, pendente ex humeris tabel-  
la gypsata cum sericis floccis, inscriptũ magistra-  
tus imperium ac potestatem ostentant. Hi omnes,

R 5 in or-



in ordinem bini, magnis clamoribus subter  
plebem, quæ vel in domos festina se pron  
etiam honoris causa vias euerit, in transi  
mirum silentium: non modò interpellare  
tum, sed ne contra quidem intueri fas est  
militarem, non tam audacia vel firmitate  
numero, & machinis, & egregia in primis  
plina sustentant. Præter extraordinarias copias  
varijs locis, vbi res postulat, comparantur:  
gulis vrbibus, firma ac certa præsidia sunt.  
ris aguntur excubiæ, quas idèidem obit  
itemque valida stationes ad portas, earum  
præter alia repagula serasque, impresso char  
commissuris agglutinato signo, quotidie  
nec nisi eodem à ministris inspecto ac pro  
nito, aperire concessum est. Ad limites rep  
bræ & minutæ visuntur arces. qua vero  
contigui sunt, insana substructionis murus  
centas amplius excurrit leucas, quantum  
os admirandæ altitudinis môtes interval  
Ea regionis claustra firmissima. Vbi ex illa  
increbuit belli rumor; confestim à custodi  
to signo, è vicinis castellis & oppidis conc  
munimenta sit, quoad ab Rege duces iusto  
ercitu superueniat. Equites, elegantissimo  
armatûq; prælium ineunt, quaternis ex  
pendentibus gladijs, quorum simul duob  
quàm scienter videntur. pedites item egreg  
ti pugnam capessunt. largum vnicuique  
optima fide persoluitur. spectate virtut  
ab imperatore honos: contra, ignavia præ  
supplicium. Qui ad militiam adscripti  
ijs arma priuatim nulla; quæ maxime res  
Anis tumultibus otium præstat. Atque



magistratus, quò magis castè rempub. admini-  
strent, ferantque incorruptam in iudicando sen-  
tentiam; è longinquis peuntur locis: ita, ordinum  
ductores, ac militares præfecti, ea de causa legun-  
tur in didem, vt eos ipsamet caritas liberorù & cõ-  
iugam, ad subeunda belli pericula, & acrius pro-  
aris ac focis dimicandum accendat. Porro, huic  
tot præfectis, iudicibus, populisq;, cum regio no-  
mine ac potestate vnus præest vir, necis ac vitæ o-  
mnium dominus, huius, vel è stipatorum & appa-  
ritorum frequentia, vel ex ædium admirabili or-  
nata & laxitate, vel ex ipso genere domestica dis-  
ciplinæ veneranda maiestas. Octo habet à cõsilijs,  
è toto Loytiarù ordine lectos viros: ab Rege se-  
cundus dignitatis est gradus; summumq; totius gẽ-  
tis oraculum. sexaginta circiter alit vxores, foemi-  
næ tantum, vel eunuchi ministrant, ipse, nisi mutã-  
dæ sedis causa, vel cum ad bella procedit; ferè nun-  
quam excedere solet è regia. De omni statu pro-  
uinciarum, & præfectorum actis, certior assidue  
fit; veredarijs seu cursoribus ita distributis; vt in  
singulos menses ex qualibet prouincia litteræ in  
regiam perferatur. ij, per equos paribus fermè in-  
teruallis in via dispositos, celerrimè peruolant;  
suumq; in singulas positiones aduentum, quò re-  
centes equi, seu ad flumina traijcienda naues illi-  
cò expediatur; vel tintinnabulis perargutis è bel-  
læ ceruice pendentibus; vel etiam, vt apud nos,  
cornu sæpius inflato prænuntiât. Super hæc, stas  
ipse tẽporibus idoneos viros ad cuncta corã inspi-  
cienda, per omnes regni partes cū ampla potesta-  
te dimittit, quin etiam, extra ordinẽ certos è suo-  
rum fidelium numero in eam ipsam rem destina-  
re consuevit, sacramento priuatim adactos mune-  
ris cum



ris cum cura & cum fide fungendi, id ut quibus  
 calcissimè fiat; multa Rex habet apud se diplo-  
 ma, suo notata chirographo & signo; nominatim  
 tum speculatoris, & locorum, & personarum  
 quid emanet, consultò suppressis. Inde, vni-  
 pus est, clam accepto diplomate inspector  
 & censor, quam Rex iusserit verbo provinciarum  
 quam vnus de populo circuit; prefectis que  
 toribus, inter publicæ rei administrationem  
 præsertim inter dicendum ius, dissimulant  
 lit. Vbi que voluit, probè cognouit; tum de-  
 adit consilium; & prolato repente diplomate  
 ra omnium veneratione summus totius  
 iudex & arbiter in folio collocatur. Inde  
 erigit res, alios ornat laudibus, atque ad  
 extollit gradus; alios, nulla cuiusquam ter-  
 tione, vel in ordinem cogit, vel etiam sup-  
 grauioribus afficit. Atque eo præcipuè me-  
 stratus ac iudices in officio continentur. In  
 his prouincijs aurea tabula velata inscrip-  
 tis nomine custoditur. Eam tabulam singu-  
 uilunijs velo reducto, Loytia, & prefecti  
 honoris causa inuisunt, & æque ac Regem  
 adorant. De mortuo Regi, è filijs maxima  
 fin desint liberi (quod in tanta vxorum tur-  
 rarum est) proximus è regia stirpe succedit.  
 ne quid eorum causa tumultus existat, remou-  
 de palatijs ad instar oppidorum incredibili  
 nificencia, regio cultu apparatusque, in libe-  
 stodia detinentur; proposita capitis pœna,  
 eos fines iniussu pedem extulerint. Legati  
 gum, qui vel amicitiam expetunt, vel æquum  
 te fœdere iuncti sunt, missa obuiam nobis  
 Rex comiter accipit; ac legatione peracta,



tias appellatos honoris causa, cum amplis muneribus domum remittit. Iam de thesauris, & coaccuatis auri & argenti laminis, admiranda narrantur. nec defunt qui ad nostræ monete supputationem; aureorum annua millies fermè ac ducenties centena millia Regem capere pro certo perhibent: quatum vix moriens Imperator Vespasianus, & quidem pecuniæ diligentissimus, in arario Romano reliquit. Ingens omnino summa: & in cuius contemplatione haud immeritò labore fides. venturamè satis constat, in vno Cantonis emporio, quod alijs eius plage multis & celebritate, & diuitijs inferius est; ex annonæ salariæ vectigali, centum circiter & octoginta millia coronatorum, & in mediocri quodam oppido eiusdem oræ Cantoniæ, è decimis oryæ duntaxat, amplius centum millia percipi. vt minimè dubitandum sit, quin ad fiscum perueniant immanes pecuniarum acervi quorannis: imperij magnitudinem, frequentiam populorum, exactiones capitum & ostiorum, portoria mercium, frugum omnium decimas, fructus metallorum & cætera vectigalia reputantibus. Accedit non mediocri ad summam opulentiam momenti res: quod more Turcico & sectæ Mahometanæ totius, in ditioe sinibusq; Sinarum, tributa & stipendia, præter vnum Regem, nemo profusus omniū imperat. nulli, vt apud nos, Comites, nulli Duces, Marchiones, Barones, vel dynastæ censentur. Magistratus ac præfecturas, non tã in beneficij aut præmij, quã in laboris ac muneris loco tribuit Rex: neque splèdida honorũ vocabula, & opimi redditus, heredè sepe degenerè sequuntur. suas sibi quisq; diuitias ac dignitatè, studio ac diligentia parat: nec virorum fortium & vigilantium loca, per nobilitatis



litatis fucum, ignauia & segnitie occupat. He-  
 me Sinarum bona laudesque: quas tamen grauioribus malis vitijsque superari non dicitur.  
 est. Religionis, que iustitie prima & precipua  
 est, cura genti postrema. Sacrificulis (quos  
 sermone vocant Hoxiones) exiguis admodum  
 nos. templa vulgo adeunt consuetudine magis  
 instituto quodam, quam quod mortalia curant  
 Dijs; vel humanis dictis, factis, cogitatis  
 se caeleste numen existimet. Sanè Euangelium  
 cepisse olim ab Apostolo Thoma creduntur  
 prædictum est: & imago testatur id ipsum  
 ra mulieris, puerulum in sinu fouentis, cuius  
 tes hodieque lychnuchos more nostro suscipiunt  
 Sed nec Apostoli vlla iam ibi mentio: & vix  
 nam ea sic effigies, prorsus ignorant. adeo, ut  
 regionum longinquitate, vel diuturno cultu  
 desiderio, in ea terra semen omne Christiani-  
 tatis interijt. Qui sapientiores habentur, per  
 nis & que non temere vulgent decretis. Per  
 ra ferme somnia de transmigratione animarum  
 sequuntur: & pro meritis actus vitæ, sua cuiusque  
 mia & supplicia, ex communi omnium generali  
 opinione constituunt; sedesque fingunt re-  
 cunctis ijs, que vulgo vel ad felicitate primam  
 ad miseriam extrema ducuntur. Capillum  
 ligenter iccirco nutriunt, quod credant ea  
 quam ansa in celum aliquando sublatum  
 ficuli contra (qui quidem coenobiticam agerent  
 tam) abradunt capita, quod sine tali adiumento  
 dera se contenturos esse confidunt. Mundum  
 uersum ex aqua initio conditum affirmant, quæ  
 hementius agitata, & spumis ampullisque  
 ex imis partibus & crassioribus, materiam



et præbuerit; reliqua referuarit sibi. Interrogati, quisnam initio aquas agitarit: sponte ciendi vim ijs inditam fuisse respondent, Rursus, ubi quæritur, à quo eam ipsam vim ac virtutem acceperint; subridet, quasi planè ibi sistendum, neque sit ultra procedere. Primos homines vnà cum ceteris animantibus ac plantis, aiunt è terra exstitisse: ac sine legibus, aut vlllo iure, vagos ac feros, arborum baccis, & crudis carnibus initio vesci, & sanguinem potare assuetos, ipsa dein ratione duce ac magistra, frugibus ali, tecta moliri, vrbes condere didicisse: adhibitoque studio, paulatim à barbara & agresti vita, ad cultum & mansuetudinem fuisse traductos. Non pauci, muta simulacra, vel etiam informes adorant lapides; namque ij sermone Dijs gentium sunt. Adhæc, artis cuiuslibet inventores, aliosque priuatim aut publicè benemeritos, quidam etiam parentes, carosue, in numina referunt, ijsque & statuas ac templa ponunt, & vota faciunt, & adolent thura, non mortuis modò, sed interdum etiam (quod magis detestère) viuentibus. Alij Solem, & Lunam, ac stellas, cælumque præcipuè ipsum, vnde cuncta in terras bona promanent, omni studio colendù existimant. Sunt etiam, qui inferna venerentur monstra succincta colunt, & igneo vomitu, cuiusmodi cacodæmones in Europa depingimus, neq; id rã impetrandi cuiuspiam commodi, quàm depellendi malefici causa. quippe obuersantia interdum eiusmodi visa, maiorem in modum extimescunt. Sed qui simulacris diuinos habent honores; ij inter cetera illo vel in primis ridiculo genere superstitionis vtuntur. Ad captanda itinera, vel grauiores quaslibet auspiciandas res, adhibita ad statuam precatione, sortes obser-



obseruāt: quarum est ritus eiusmodi. Dimittuntur  
 globulos e ligno duos, ad iuglandis fere  
 tudinem, filo traiectos; coram simulacro  
 mere ac fortuito iaciunt. Si ambo supini, vel  
 alterno confederint situ (quod vulgo infu-  
 putatur) idolum verbis ac iurgiis male ad-  
 accipiunt: dein, quasi contumelie poenitentem  
 sum delinimentis, votisque, ac supplicationibus  
 propitiare contendunt. Si nihilominus  
 appareant fortes; idolum videlicet acerbum  
 tur. ad verba accedunt verbera; in aquas  
 tur; amburitur igni: dein blanditijs deuotius  
 missis placatur. atque in hac vicissitudine  
 persistunt, quoad facta in fortes ambo  
 nā consistant. Tum verò, modulato carmine  
 tes laudesque agunt inani Deo. mox etiam  
 conditas coctasque gallinas, anates, anseres  
 zam, & quod præcipuo est in honore mensam  
 offerunt suillum caput, & cantharum vini  
 vbi singulis aliquid in disco; porcini caput  
 auriculas, reliquarum altilium ungues, vitæ  
 tas aliquot in ara simulacro appoluerint (quod  
 tus est libandi mos) ceteras ipsi dapes magis  
 tripudio, & effusa lætitia comedunt. Mortuorum  
 exsequiæ celebrantur in hunc ferè modum  
 familias, vt exspirauit, quàm optimis vestibus  
 indutum, in cathedra collocat. huic ad genua  
 cumbens vxor primùm, dein filij, tum reliqui  
 incepti propinqui & amici cum laments & lacrimis  
 mis vltimum dicunt Vale. Postea corpus in  
 includunt, ex odorata & minimè putri materia  
 commissuris cum alio spissamento, ne fœtus  
 net; tum lamina ferrea diligenter obstruitur  
 arcam in amplo con clauis, vestitis lino parietibus



terra suspendunt, ac linteo tegunt, in quo picta  
 imago defuncti conspicitur. Ante id conclaue,  
 aut in ipso ædium vestibulo, stant mensæ opiparis  
 onustæ dapibus, quindecim ipsos dies arca domi  
 adseruatur: cognati & noti locum officij causa  
 frequentant; sacerdotes verò, noctu præsertim, pia  
 cularia sacra Dijs manibus faciunt; ac pictilem  
 chartam vel super demortui cadauer cum certis  
 carminum præfationibus cremant; vel prætentis  
 foro conclauis funibus appensam agitant; vocife-  
 rantes, eo motu animum defuncti ocyus ad astra  
 tolli, post quintumdecimum diem, arca in cam-  
 pum sepultura dicatū solenni pompa deuehitur:  
 ubi cadauer inclusum, paulatim absunt dies. in-  
 terca sese identidem Hoxiones ingurgitant cibo:  
 atque illecti sagina, locupletum præcipuè funeri-  
 bus inhiant. Mortuos, proximi biennium, vel et-  
 iam triennium lugent. quo temporis spatio crassi-  
 rem tunicam apprimunt carnibus, & horrida fe-  
 ce recte præcingunt. filij, si personam gerant publi-  
 cam, illicò se abdicant magistratu. Hæc de sepul-  
 cris. Ac ne maritimæ quidem res suis carent super-  
 stitionibus. Quæ naues primùm deducendæ sunt,  
 hæc Lunæ, vel cuiuspiam fabuloso dicatas Deo, va-  
 riijs expiamentis & supplicationibus lustrare mos  
 est. Ac cæteris item in rebus alias alij cæremonias  
 ac ritus obseruant. Sunt qui omnem de Dijs ac spi-  
 ritibus opinionem planè & impune derideant: ve-  
 rum esse interitum hominum ac iumentorum; ne-  
 que post mortem restare quicquam omnino, arbi-  
 trentur. Huic de superis persuasioni, consentanea  
 hominum ipsorum inter ipsos est fides: quam ea-  
 tenus colūt, quatenus commercij necessitas, & fru-  
 ctuosa existimationis ratio postulat. ea remota,  
 S  
 nequa



nequaquam ij sunt, quibuscum in tenebris  
 quin etiam, totius humanitatis multis in  
 dentur expertes. alienigenam ferme auerſam  
 interiore (vt dictum est) vsu & hospicio  
 Acre alieno preſſi, liberos vel mancipio  
 dāt; vel etiam (quod multò flagitioſius est)  
 ta omni lenociniorum arte, prostituunt.  
 enormem in longitudinem excrescere  
 quasi verò id (quemadmodum apud Græcos  
 & crepidis vti, & comam alere) ingenni  
 & sordidis operibus nequaquam occupati  
 um ſit. Cognitores capitalium rerum,  
 toties cauſa, per ſpeciem lenitatis, diſam  
 tatem exercent. quippe rei, quorum  
 per eſt multitudo, interim onuſti catenis  
 præſertim, artiſſimeque inter ſe conſtricti  
 ſtricti, ad eò ſæua ac tetra cuſtodia detinentes,  
 dilatam à iudicibus mortem haud pauci  
 nis accerſant, ſibiq; ipſi afferant vim.  
 conſpectu comellantis ac ludibundi ſæpe  
 ſerix quaſtiones per tormenta exercentur  
 rum cùm alia ſunt genera; tum illud  
 Pro virgarum faſcibus cubitali arundine  
 cuius ante meminimus, lata digitos  
 ſa vnum; & quidem igne toſta, quò  
 ciat plagam, hoc ſcruitiæ inſtrumento,  
 torum, ac ſæpe in fontium artus ac planta  
 criter & acerbè caduntur, vt qui non  
 mo ſunt corpore, vel fracti ac debilitati  
 dant; vel etiam inter ipſa verbera non  
 expirent. Cùm hac gentis immanitate,  
 bido coniuncta eſt. abdomini ceteriſq;  
 homine voluptatibus intemperanter  
 Leges & edicta magis ad ſeruitutem & abiectionem



quàm ad virtutem & animi magnitudinem, infor-  
 mant populos: atque ob id ipsum, etiam in bellica  
 re nationibus alijs inferiores haud immeritò exi-  
 stimantur. Externum ad grauiores expeditiones  
 conducunt militem. Id firmamētum est belli. Rex,  
 barbara & stulta quadam arrogantia, sese domi-  
 num mundi, cæli filium appellat. Priuatorum for-  
 tunas, & partem sudore & vigilantia rem, per pu-  
 blicos & exactores durissimos atterit: ex ipsis  
 etiam capturis impudicarum, quod à Caligula o-  
 mni factum legimus, foeditissimo vectigali institu-  
 it. Externorum Regum oratores, quos quidem iu-  
 ramentum beneficiario sibi habet obnoxios (sunt autem  
 plures varijs impositi nationibus, quarum olim  
 imperium deposuit Sina) per summum fastum &  
 superbiam tractat. Non nisi humili equo insiden-  
 tes, qui pro habenis vili regatur fune; in regiam  
 urbem despiciatissimi introeunt. dein pedites in-  
 ter palatij aditum accepti; ad partem eam in qua la-  
 tere audierint Regem (nam ipsius quidem aspectu  
 prorius arcentur) cum quina ex intervalis adora-  
 tione procedunt, tum clara voce, legationem, nixi  
 genibus peragunt. adest regius apparitor, qui cun-  
 cta per scribam excipiat, idemque, veluti numinis  
 internuntius, ferat ab Rege responsum. eo acce-  
 pro responso, celsim orator, & subinde flectens ge-  
 nua, planè inhonoratus abscedit. Inter hæc, & alia  
 longe turpiora, quorum vel mentionem bene mo-  
 rata horreat mens; nihilominus elato supercilio  
 Sinæ reliquas omnes gentes præ se contempunt: ru-  
 des, inertes, barbaras putant. de suis tantum ipsi  
 rebus magnificè & gloriose non sentiunt modo,  
 sed prædicant. Nostris tamen hominibus tribue-  
 re non nihil videntur. quippe Sinas utroque oculo præ-



lo præditos aiunt, Europæos altero, cæteros  
 tro. In hosce mores & instituta, Christi disci-  
 nam inferere, quantæ sit molis, quilibet non  
 peritus rerum existimator facilè iudicauerit.  
 stant regia edicta, & difficultas introitus. Ob-  
 spirationes antistitū, qui peregrina in eas  
 ras inferri sacra; & extorqueri sibi nefarios  
 & coargui mendacia minimè patiuntur, obli-  
 gionis feracitas, & libidinum illecebræ, & cer-  
 malorū irritamenta; & quo nihil cœlesti philo-  
 phiæ inimicius est, fastus & superbia, & suarū  
 um rerum amor quidam infinitus, accedit  
 tio puerilis, & fabulæ, & opinionum haustu-  
 ipso lacte peruerfitas. Verūm nihil planè  
 est impedimēto, quàm nostratium Christiano-  
 (quos ethnicis præluere ad omnem iustitiam  
 castitatem oportuerat) tantò nomini ac pro-  
 oni minimè consentanea quotidiana vitia  
 cumenta, neque enim tantam spectata pauca  
 innocentia & virtus adstruit Euangelio  
 quantam insignis multorum, & notissimi ser-  
 iusque, avaritia & improbitas adimit. Hæ-  
 nus de Sinarum moribus: quo in genere varia  
 etsi nondum ad plenum explorata, subinde  
 sitaniam perferuntur: quæ ego si persequi velim  
 immemor propositi mei sim, quo mihi præ-  
 nostrorum hominum acta, non aliarum gen-  
 ritus, vel instituta, litteris mandare decreuerim.  
 Nunc ad institutum reuertor. E Sinarum provin-  
 cijs, maximè occidua est Cantonia. Eò primò  
 peruenias, multæ occurrunt insule; quas præ-  
 cti regij præsidijs & classibustenant: neque  
 forum iniussu progredi aduenas Cantoniæ  
 fas. Fernandus Andradius, vt exponere cepit



ram, cum ad Tamum insulam peruenisset; post diu  
turnam moram, transitu agrè tandem impetrato,  
cum duobus expeditis & egregiè ornatis nauigijs,  
cætera classe ad Tamum relicta, Cantonis portum  
inuehitur; ac magistratuū permissu Thomam lega-  
tū exponit; cui ædes & lautia de more attributa. ibi  
Fernandus, mira lenitate ac iustitia contrahendo  
cum incolis; haud ita difficili negotio aditum ad  
ea commercia nostris aperuit: auxit probitatis ex-  
istimationem, quod sub tēpus reuersionis, de suo  
discessu per præconem tota vrbe denūtiari iussit;  
vt si quis quid vel ab se, vel ab suorum quopiam,  
vel crediti, vel commodati, vel quouis alio nomi-  
ne repetere vellet; maturè profiteretur. Ea res vi-  
delicet magni & innocentis animi visa. & ex vni-  
us viri moribus, de totius nationis virtute nimi-  
rum existimabant: apparebatque maximo cum rei  
Lusitanæ incremento societatem hanc institutam;  
nisi post Fernandi profectiōem, aliorum deinde  
nauarchorum cupiditas ac licentia, qui Malaca ad  
spem ingentis lucri, in eadem loca venere, opinio-  
nem Lusitanicæ iustitiæ fideique propemodum su-  
stulisset omnem. Siquidem ex ijs quidam ad Ta-  
mum in terram egressi primò ne appellatis quidè  
magistratibus, castellum excitarunt. ibi tormen-  
tis vigilijsque dispositis, imperium vsurpare, ne-  
gotiationem communem interuerrere, ac sibi pro-  
priè vindicare; externos æquè atque incolas in-  
iurijs & contumelijs intolerandis afficere; virgi-  
nibus vim inferre; à plagiarijs ingenuos ingenu-  
asque coemere; non popularibus modò suis, & op-  
timo Regi, verum etiam, quo nihil atrocius est,  
Christianæ disciplinæ, sanctissimisque parentum  
institutis, dedecori ac probro esse, itaque paucis



diebus, infligante malo demone, meriti sunt non pro socijs amicisve, sed pro immanibus hostibus atque hostibus haberentur. neq; verò iucius, hæc ipsa minuere Barrium & eleuare deo. cuius ego auctoritate fretus, multa retinere nisi eadem illa Goesius primùm, dein Oplanè disertis verbis arguerent. Igitur Lusitanæ præfectis regijs valida classe circumfessi, cum eo iam esset vt caperentur; seua tempestas ventis coorta Sinarum naues dissipauit, ac distulit eam occasionem elapsi, pecunia, quam gloria spectiores Malacam rediére. Tristior multo Thomæ Petreij legationis exitus. is magno quadrimestre amplius iter emensus; cum ad denique peruenisset; præoccupatas cum alio tum verò Cantoniorum magistratum literarum criminationibus, Regis & Satriaparum offensis. ita, non modò Regis conueniendi potestatis facta non est; sed etiam de consilio sententia pro exploratore comprehensus, & Cantoniorum missus, in carcerem conditur: vbi omnibus modis paulatim absumptus, inter maleficorum que nocturnos vitam miserabili sine coacta. Hunc maximè in modum, paucorum scelerum nati Sinarum animi, & famæ fideique inaudibile damnum est factum. ac deinceps, quotquot in ea loca vel suis, vel alienis nauibus uenère; pessime accepti multarique tum complures in annos, nomini Christiano, ac Lusitano præsertim, ora nulla fuit infestior.

*Libri sexti finis.*

HISTO